



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Theologus Parisiensis Inquirenti Duaceno Theologo**

**[S.I.], 1692**

Septima.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39050**

## S E P T I M A.

Inferes illicò, necessitatem induci in actiones humanas.  
 Apage inania illa consectoria, centies ex famosis quinque Propositionibus perperam accessita & centies explosa. Necessitatem quidem naturæ & immutabilitatis in hoc viatoris statu abhorremus, aliam vero quamlibet necessitatem nihil est quod reformidemus, duce Augustino de Civit. Dei l. 5. c. 10. Si autem definitur necessitas, secundum quam dicitur necesse esse ut ita sit aliquid, vel ita fiat, vescio cur eam timeamus ne nobis auferat libertatem. Hanc necessitatis cum libertate concordiam deinceps agnoscet, quisquis Catholicè sentiet, & pestiferam Peccati Philosophici doctrinam serio ejurabit.

## Iudicium Duacenorum.

C. I. S. I. V.

**H**Æc Thesis quam justè adhorret necessitatem naturæ & immutabilitatis tanquam libertati exitiosam, tam merito admittit alias necessitates ut libertati nihil officientes, quales sunt illæ quas vocant scholastici infallibilitatis, consequentiæ, ex hypothesi &c. qualem admittit Innocentius I. ad Concilium Carthaginense dum dicit & necesse est ut quo auxiliante vincimus, eodem rursum non auxiliante vincamur.

Has proinde theses sic intellecas, prout etiam intelligi debere credimus ab omnibus, qui in doctrina Augustini non planè sunt hospites, judicamus doctrinam suam & irreprehensibilem continere.

## Iudicium Theologi Parisiensis.

**H**Æc Thesis quatenus aliam non admittit necessitatem quæ libertati ad merendum requisitæ officiat, quam ne-

necessitatem naturæ & immutabilitatis est hæretica & co-  
incident cum tertia quinque propositionum Jansenianarum.

Peccat Duaceorum iudicium doctrinam libertatis in  
Thesi contentam approbans, & nullam aliam agnoscens  
Ieu assignans necessitatem libertati nocivam, quam neces-  
sitatem naturæ & immutabilitatis.

Innocentius I. perperam exponitur in verbis citatis,  
quasi velit Pontifex quod simus ad agendum liberi etiam  
quancò necessitamus. Sed ità videtur debere exponi, quasi  
dicat, sicut quando vincimus Deo auxiliante vincimus, ità  
necesse esse quod Deo non auxiliante vincamur; itant si  
Deus per suam gratiam nobis non auxiliaretur, necesse  
esset ut vinceremur, quemadmodum necesse est quanda  
vincimus, quod suâ gratiâ vincamus. Quod nullatenus of-  
ficit Catholicæ sententiæ astruenti libertatem à necessita-  
te tamquam ad actusvitæ aternæ meritorios necessariam,

### V. N. D. B. L. C.

